

16. 1649/11 29

Σὺν τῷ θεῷ Αρχιατρῷ
ΔΙΑΣΚΕΨΙΣ

ΦΥΣΙΟΛΟΓΙΚΗ καὶ ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗ
VENTRICULI HUMANI

In Theses redacta

GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ

Autoritate & Consensu,

SUB PRÆSIDIO

Viri Clarissimi atq; Experientissimi,

Dn. JOHANNIS HOPPII, Leorini,

Philosoph. & Medic. Doctoris, Facultatis ejusdem Senioris
Professoris Pathologicae Publici, Collegii Principum utriusq; Col-
legiati, ac p. t. Academiae Rectoris Magnifici,

Dn. Praeceptoris, Promotoris, ac Cognati
sui æternum colendi.

Exercitio Disputationis publico proposita

à

BALTHASARE KRECKLERO, Leoberg. Siles.

Medicinae Studioso.

Tertio Iduum Martii, Anno Christi M. DC. XLIX. In

*Acroaterio Majoris Principum Collegii inferiori
horis consuetis.*

LIPSIÆ,

Typis hæredum Timothei Hönnii.



IN NOMINE SALVATORIS JESU!

Ἐισόδιον.

Romum condum in naturali corporis humani œconomia esse ventriculum, præter cetera in demonstrationibus Anatomicis confessum jam omnibus Medicorum existit scholis: utpotè, quòd ea, quæ ministra sibi porrexit manus, condat secum, promat, e contra quem lacteum prototius nutritione animalis preparavit & confecit succum. Postquam enim cum aliis corporibus vivis, humano hoc datum erat commune, ut substantia corporis non consisteret in fixo aliquo & stabili, sed certis periodis atq; intervallis flueret & reflueret: ad eòq; per eam periodicam vicissitudinem nemo mortalium idem esset hodiè, qui fuerit pridè; provida in eo mater Natura primùm inter alia nutritionis viscera sapientissimè fabricavit ventriculū, qui subsequenti alimenti subsidio fluxile illud ἰσώματι & σκῆνι & ac deperditum restaurat, lætaq; sua scaturigine velut fons quidam aridus iterum insuccet partes, ac recreet: Quod eleganter & affabre declaravit venerandus ille ex Coo Senex Hippocrates lib. IV. ὡς ἔστιν ἰσώματι πάντων πηγὴ ὅτι πλεν ἔστι. Dignitatem ejus majorem, maximamq; necessitatem, exprimere non dubitarunt; Quintus Serenus, Sammonicus, Ireneus, aut ipse etiam ex sententiâ Hippocratis Plato: quando Regem illum totius nostri corporis, & quasi omnium membrorum Patrem familias dictitarunt, ac venerati sunt, docente vel istâ Menenii Agrippæ viri olim facundissimi historiâ, qui Livio lib. 2. teste popululum Romanum seditiosum, cum extra urbem propter nexos ob alienum æs, sacrum in montem, tria ab urbe millia passuum trans amnem Anienem secessisset elegantis similitudine à justo ventriculi tenore desumptâ ad concordiam reduxerat. Quem admodum autem officii sui publici ratione, si ritè & feliciter hoc fungatur, titulo penoris cujusdâ ac promptuarii omnium partium



tium communis à Principe Medicorum Galeno, pulcerrimè hono-
ratur: utpotè quo omnia rectè succedunt, ita si vel mediocriter
langveat & vacillet, aut robur ejus prosternatur, infelici statim
partu humores generantur, & varii morbi visceribus inseminan-
tur. Imò optimi ingesti cibi corrumpuntur: donec temporis post-
eà & mali successu, Mesui illa lib. 2. de antidotis dicta omnium
agritudinum Mater, cruditas exsurgat: & lapsu coctionis prima
non correcto in secundâ concoctione secundùm Gal. lib. 4. de sa-
nitat. tuend. c. 1. totius corporis status à vigore pristino recedat
ac immutetur, dicitur ante Hippocrate lib. 6. epidemiõv. Quã
ob rem mihi primùm in arenam Medicam conscendenti, jure meri-
tòq; incumbere visum est; nequè sine applausu candidi, benevolig;
lectoris, me id facturum confido, si nobilissimi hujus in corpore
humano membri Anatomiam in charta instituum; hoc est, sub-
stantiam, situm, figuram, magnitudinem, numerum & a-
ctionem ordine contempler, eorumq; simul morborum, quibus
sepissimè ad quamcunq; partem affligitur, historiam & rationem
hac disputatiunculâ exponam. Quod ponderosum Sisyphi saxum
antequam volvere, & sin minus devolvere, provolvere tamen
aggrediar, DEUM TRINUM supplex veneror, ut divini sui Spi-
tus radiis caligine nostras obductas mentes illustrare velit, quo
ipsi grata, humanoq; generi salutaria de hac materiâ meditari
valeam.

POSITIO I.

EXordium tractationis à primò illò intelligendi principio,
quod habet Aristoteles lib. 4. poster. animal. part. cap. 1. capien-
dum erit, Nominis videlicet explicatione: quã *Ventriculus* di-
minutivum à ventre quasi parvus venter; & Græcis hac ipsâ
derivatione $\delta\alpha\tau\acute{o}\ \gamma\alpha\sigma\acute{\epsilon}\rho\sigma$, $\gamma\alpha\sigma\epsilon\iota\delta\iota\omicron\upsilon\upsilon$ apud Aristophanem appella-
tur. Sicut enim Anatomicorum & Medicorum scholis $\omicron\ \gamma\alpha\sigma\eta\rho$
seu Venter, proprie *infimum*, seu tertiam illam insignem cavitatem,
denotat, in quâ præcipuè alimenti universalis materia, & cibaria
conge-

congeruntur, concoquuntur, ac per viscera Nutritioni dicata ab excrementis suis repurgantur, ita cum hoc ventriculi cavitas prima sit, in quâ cibus & potus recipiantur, ac præparentur, *parvum* quasi *ventrem*, ad discrimen hujus & ventrum majorum vocitare, visum est.

II. Atq; hac significatione apud antiquos tam *Medicos*, quam *Philosophos* ipsum primitivum ὄγαστήρ, usu frequentatum invenimus: in *Hippocratis* περὶ χυμῶν & *Galenii* scriptis ut plurimum. *Cato* luxum Romanorum detestans, dixit: χαλεπὸν ὄσιν λέγειν πρὸς γαστέρα ὅσα μὴ ἔχσαν. Quâ *Synonymias* voce juxta eandem, quam obtinet cavitationem, ἡ κοιλία hinc inde nominari solet, apud *Aristotelem* lib. 1. *histor. animal.* c. 16. lib. 4. *ejusd.* c. 3. & *Hippocratem* περὶ ἀνατομῆς p. 196. ubi ὀισοφάγος inquit, διὰ γλώσσης τὴν ἀρχὴν ποιεῖμεν, ἐν κοιλίᾳ τελευτᾷ: nec non lib. 4. περὶ νέσων, ubi plura de cibus & potibus, qui in ventriculum ingeruntur, edisserit. Nec inconsuetum est apud dictum *Senem*, ut διὰ τῆς νηθείης τὸ σωρέειν νηδός, quasi cibi receptaculum, utpotè in *lib. de carnibus* indigitatur. Nonnullis *impropiè* & *Metonymicè* στόμαχος dicitur, partis videlicet pro toto, quo nomine varios Autores hoc usos fuisse, testis est *Galenus* lib. 5. *de loc. c.* 4. qui refert, post *Aristotelis* seculum, ad gulam, quam veteres Græci ὀισοφάγον vocarunt, hanc vocem translata esse: atq; à *Galenii* tandem ætate ad ipsum etiam ventriculum referri cœpisse, id in *Paulo, Aëtio.* & aliis luculentissimè videre licet.

III. Postquam autem *Ventriculus* cum suo primitivo & κοιλίας vocabulo hoc habet commune; ut illa vel *stricto* significato infimus venter totus appellitetur ex *Hippocrat. aphor.* 33. lib. 2. vel *strictiori* pro cavitate aliqua insigni accipiatur, quæ viscerum aliquod principale contineat, ad quorum numerum Ternarium, corpus humanum in tres ventres seu κοιλίας ab Anatomicis dividitur; vel *strictissimè* pro quavis cavitate parvâ sumatur, quæ in profundo sita est, sive cibum suscipiat, sive non, quemadmodum τὸ στόμα τῆς κοιλίας dicitur: αἱ κοιλίαι similiter τῆς ἐγκεφάλου, καὶ τῆς καρδίας; annotante perspicacissimo *Spigelio* lib. 1. *de human. corpor. fabric.* c. 1. Ad evitandam porrò errorum genetricem probè notandum est, *ventriculum* quoq; cavitates *parvas, particulares, & specialissimas*, cerebri nimirum, cordis & aliarum sæpissimè denotare, adjuncta tamen

A ;

cujus-

cujuslibet partis denominatione, quam vel antecedentium vel consequentium continua lectio declarare potis sit. Non abhorruit tamen Galenus per eandem vocem γαστέρα vel κοιλίαν, interdum intestina ipsa comprehendere, utpotè lib. 1. de alim. c. 2. & 2. sentent. Hippocr. 8. Ubi alimentum fugi à venis, pertinentibus à jecore in ventriculum, meminit. Ut paucis comprehendam in propriissimâ suâ significatione, & simplici appellatione, specialem corporis humani partem, & primæ alimentorum concoctionis officinam designare, apud Anatomico-Medicos sine omni contradictione patet.

IV. Quoad rei definitionem: *Ventriculus est pars corporis humani dissimularis, in epigastrio figura utriculari & cavitate insigni delitescens, cum duobus orificiis, ad esculenta atq; potulenta recipienda, & in chylum convertenda à naturâ destinata.*

V. Partem corporis humani cum Generis loco dico, non tantum eam esse volo, quæ totum id ut particula illius compleat, sicuti Aristot. lib. 2. part. animal. c. 2. & Galen. lib. 1. meth. med. c. 5. in latiori sensu illam describit: verum talem etiam, quæ eandem cum corpore vitam vivat & nutriatur, toti cohereat, usumq; & functionem necessariam præstet; juxta accuratissimam Fernelii sententiam, lib. 2. Physiolog. sue c. 2.

VI. Corpus enim humanum quamvis *Unum*, quod Philosophi vocant, *Integrale* sit, constans ex pluribus diversis rebus continuatione ac cohesione quâdam ad amicam actionum omnium consensum inter se conjunctis; *multiplex* tamè, & *varium* quasi apparere, ob partium componentium diversam substantiam, figuram & structuram, ipsa *Anatomia* clarissimè dijudicat ac decernit; quippè qui totum illud ex partibus à naturâ compositum, arte iterum discindit ac in partes resolvit.

VII. Ex tam multiplici ergò & differenti illarum partium, ob tot, tamq; diversas operationes, quibus corpus perfungitur, apparatu, *Ventriculus dissimularis* constitutus est, h. e. qui dividitur in ἀνομοιομερή & dissimiles sibi partes alias, ad expositionem Aristotelis lib. 1. hist. anim. c. 1. atq; hoc nomine non tam similaribus aliis opponitur, quam strictè & propriè dictæ organicæ partis titulum, & essentiam meretur; utpotè, quæ perfectam illam operationem: quam

quam Medicorum Princeps Galenus lib. 1. meth. med. c. 6. pro organo tali requirit, edere ac toti præstare corpori valeat, determinatamq; confirmationem acceperit.

VIII. Quòd si igitur in partes alias dissimilares dividere jam licitum est; primò omnium intuitu, & eminùs quasi occurrit, *substantia membranosa* tanquam similis per se & *ὁμοιομερής*, quæ densa satis valida vel nervosa quidem exstructa est: quo nimium rebus convenientibus, & gratis cum delectatione fruatur, ingratis verò cum tædio resistat: nec non ad ciborum repletionem vel depletionem contrahi, atq; extendi queat. Hoc nomine Hippocrat. lib. 4. de morb. p. 514. *Ventriculum* ἰσχυρὸν χεῖμας ὡσπερ δηλαδὴ δέρμα nominet, ubi porrò subjungit: καὶ τῶν μὲν Ἀβύων χεῖονται οἱ πλείστοι τῶν κτηνῶν τοῖσι μὲν δέρμασιν ἀντὶ ἰματίων, τῆσι δὲ κοιλήσιν ἀντὶ θυλάκων ἰσχυρὸν χεῖμα ἢ κοιλίη εἶναι. Unde & alia possunt confici ex ventriculis humanis, quemadmodum ex intestinis ἀνδρῶν φάγων aliquando tunica parantur: cujusmodi tunica ex intestinis humanis confuta, ac sericæ instar vestis nitescens, ex Indiâ occidentali allata, & suspensa videri possunt in celeberrimò Leidensium Theatro Anatomico.

IX. Robur autem illud habet ex *triplicitate membranarum* quarum Exterior prima, & communis à Peritonæo, ea parte, quæ septum transversum circa orificium superius succingit, enascitur, & est omnium, quæ à Peritonæo oriuntur, *crassissima*, ambit ventriculum undiq; , & est operimentum quasi quoddam, ac propugnaculum tunicæ propriæ, utq; ventriculum vicinis alligare partibus aptè possit, *fibris* dotata est *rectis*, & *crassitie* omnes reliquas Peritonæi apophyses, quæ ad instrumenta nutritionis excurrunt, superantibus, teste Galen. lib. 4. de us. part. c. 10. de cujus usu & juvamento in motu ventriculi & intestinorum expellentium, quid loquatur clarissimus Dominus Hofmannus, non sine applausu legere est, in comment. ipsius in libr. 4. Galeni de us. part. c. 10.

X. Reliquæ duæ vocantur internæ & propriæ: Altera harum versus exteriorem seu *media carnosâ* ferè, & *fibris* potissimum *carneosis*, *transversis*, atq; ab his rubra quidem prædita cernitur; ut videlicet ventriculus, vel ad veterum doctrinam, illorum beneficio spontè per vomitum, quicquid sibi noxium est, excludat; vel
secun-

secundum aliorum placitum, firmitatem potius addunt huic parti in
extensione, à nimia ciborum & potus ingurgitatione facta; atque
cum talis illa sit, calorem ventriculi fortius adauget, & concoctionem
fortiorem reddit.

XI. *Tertia* demum seu propriarum *secunda & interior* dicta, (quæ è
Gallinis excerpta, & pulverisata in usum medicum venire solet) *ner-
vosa est maxime, fibris itidem rectis intertextis*, quæ & œsophagi, labio-
rum & omnium quæ in ore sunt, tunicæ continua existit; hinc etiam
bile aliquâ in ventriculo existente, communicatur lingvæ amaritudo,
interdum & flavedo; ac e contra oris & lingvæ vitia œsophagus & ven-
triculus participant. Id verò peculiare quasi habet, ut sit rugosa ma-
gis, quæ dilatari & contrahi melius possit: quod muniminis loco à
crusta carnosâ sibi adhærenti accidit, tum ne ab assumptis acrioribus
tam facile lædi queat, tum ut moderata ciborum retentio ipsius aspe-
ritate, & corrugatione, ne quippiam indigestum elabatur, prohibeat.
Quam crassam insuper non tantum in brutis, sed in hominis quoque
semicocto ventriculo ab ipsa membrana separari facile posse, expe-
rientia contestatur; eaq; non sine causa in eorum eatur sententiam,
qui ab excrementis tertiæ concoctionis ventriculi eam oriri sta-
tuerunt.

XII. Huc usque de prima partium similarium classe, harum secun-
dam *vasorum enumeratio & explicatio* excipit; sive *Venas*, sive *Arterias*,
sive *Nervos*, illorum nomine comprehendere tibi sit animus. *Venas*
siquidem *Sex* habet, quæ omnes à majori illâ *Portæ* venâ originem
trahunt, & vel à Trunco ipso immediate vel ramis ejusdem, *splenicis*, &
Mesentericis mediate procedunt. *Truncus* sive caudex *Portæ* postquam
ex hepatis cavo prodiit, oblique sub duodeno deorsum vergens inter
ventriculum & intestina commodissimum locum, erga omnia Nutri-
tionis instrumenta occupavit; antequam in alios dividatur ramos, al-
terum statim insigniorem surculum, ex dextrâ magis Trunci parte
exortum, pylorum versus multis sparsis surculis ad posticam ventri-
culi partem allegat *Gastricam dextram venam*, ratione ventriculi ita
dictam, ab aliis verò cum plures sint rami, qui Gastrici vocentur, à py-
loro *Pyloricus* appellatur. *Splenicus* dehinc Ramus, qui ex Trunco isto
Portæ inferiora petente, & sinistrorsum nonnihil inclinante omenti
membranâ & glanduloso corpore suffultus transversim ad Splenem
fertur,

fertur, priusquam in eum absumatur, alium in posteriorem seu gibbosam partem diffundit, *Gastricam minorem*, ut & tum hujus respectu, tum quod omnium Venarum ventriculum adeuntium sat amplissima *Gastricam majorem*, quæ sub ventriculo ad superius orificium obliquè latus, ad eum tribus de se missis Ramis dispergitur, quorum utrinquè ad ventriculum ipsum mittitur, medius verò sursum pergens, sinistrum orificium undiquè *coronæ* in modum cingit; unde etiam *σφαλαία* seu *coronaria* dicitur, *stomachica*, & in canibus valdè est conspicua. Hæc est illa, per quam *Aqvapendens* tenuiorem & subtiliorem partem, antequam ad Eparchylus deveniat, exsugi statuit; cum alia ratio tam citi transitus in iis, qui dum nimium bibunt, statim illud in copia emingunt, reddi non posset.

XIII. Hisce ejusdem Lienis jam approximantis Propaginibus productis, ubi prius induos ramos, *superiorem & inferiorem*, qui postmodum in alios quoque in ipso Liene dissipantur, divisus est, è *superiore* ad sinistram ventriculi partem funditur, ibique in ejus tunicas se inserens, versus orificium repit, celeberrimus ille, quem Anatomici *Vas breve* seu *venosum* appellant: quod tamen priusquam illud orificium attingat, obliteratur, ac rarissimè ad illud ipsum ascendere observatum est: Hæc efformatio ratio potissima & fundamentum veterum *Arabum*, aliorumque *Anatomicorum* fuit, qua in eam deducti opinionem, quasi ex *Liene Humor melancholicus* per hunc ductum refundatur in stomachum, ad excitandam famem, sicuti acetosa appetitum promoveri, ventriculum corroborare, & concoctionem juvare, *Praxis Medicorum* docet. Verumenimverò quantumtribuendum huic sententiæ sit fidei, præsertim cum in plerisque plane deficiat, non tantum *Spigel. Theatr. cui Anatom. cap. proprio*; sed fusiùs & accuratissimè quoque, prout omnia definit *Sævus* ille Philosopho-Medicus *HOFMANNUS de usu Lienis c. 20. & seqq. alius*. Verius affirmatur munus hujus vasis esse, ut ipsi ventriculo *alimentum*, sicut *reliquæ vene adducat*; neque tamen hinc ab simile esse: ut in quartanariis, aliisque spleneticis, vel nigra vomitiones, vel sanguinis vel alterius vitiosi humoris, lethales interdum per hunc ramum præter naturam affectum evenire queant.

XIV. *Inferioris* denique *rami* soboles existit ultima *Gastroepiploica* sinistra dicta, propterea, quod ampla, & insignis dextrorsum
B reflexa,

reflexa, non tantum ventriculi fundum sinistra parte cingat, verum è latiori quoque omenti membranæ surculos multos communicet. Ex quarum omnium principiis numero, & insertione colligere haud grave est; nullo modo concedi posse, quod alii, ex *Galenii lib. 3. de facult. natur. c. 7. Ventriculum chylo solo nutriri evincere conantur*, sed sanguinem insui nutrimentum proprium converti, & eum alere, cum nulla pars corporis præterquam à sanguine vivat & nutriatur, firmissimè tenendum est. Propterea

XV. Venas ut in reliquo corpore comitantur *Arteriae*, quibus ab arteriæ magnæ (è corde versus inferiora descendentis) Ramo tertio *Cæliaco* fruitur *Ventriculus*. Hæ rivuli sunt arteriosi sanguinis ac influentis spiritûs, quorum miscella vitale robur ipsius conservant, innatum calidum fovent, & vegetius reddunt, ad digerenda ea, quæ ipsi sunt concredita.

XVI. *Nervos* insignes à *Sexta* cerebri conjugatione habet, qui posteriorem potissimum orificii ventriculi superioris sedem densè involvunt, eiq; sensum exquisitum conferunt. Ob hunc nervorum nexum, & principium contingit, ut non tantum insigniter affecto, aut percusso cerebro, aut Hæmicrania laborante, is facile conturbetur, & ad vomitum irritetur, verum etiam, cum à dictis nervis stomachicis renibus communicetur proprius, hinc in dolore calculi, ventriculus in consortium tractus, subvertitur & vomitus sequitur.

XVII. *Situm* ventriculo constitui expressum est, quo ad abdominis partem, in superiore *Epigastrio*, Anatomicis appellato, statim sub diaphragmate, *ἔσθ' ἰὸν Ἀγαστρίᾳ ἐνθός*, secundum *Aristot. lib. histor. animal. c. 17. & lib. 3. de part. animal. c. 14.* Hic inter *Hepar* & *Lienem* medius est ventriculus, ut *Galenus* noster deducit *lib. 4. de us. part. c. 7.* Sed non exactè, *Hepar* siquidem, ut dignitate præstantius atq; *Lien*, & latus dextrum, & sublimiorem occupat locum, sub quo dextra portione delitescens ventriculus, paululum fundo suo versus sinistra cedere debuit, & propter lienem depressius quodammodo locari commodè potuit.

XVIII. *Causam* hujus locationis, quod non eo loco, quo *thorax* nunc situs est, ut in piscibus, quibus statim *μετὰ τὴν τῆς στήθους* positus est, explicante *Arist. lib. 3. part. anim. c. 3. communis*
Ana-

Anatomicorum schola reddit talem: quod in abdomine excremen-
ta, quæ in hac prima concoctione necessario gignuntur, commo-
dius abire possunt; cui elegantissime apponit alteram Galen. lib. 4.
de us. part. c. 8. nec non lib. 3. facultat. natur. cap. 7. præstare videli-
cet Hepar & lienem in dextro & sinistro latere, in superiore dia-
phragma, quod tum proprio, tum alieno, quem à Corde mutuatur,
calore, in inferiore omentum, & intestinum colon, copioso adipe
circumfusum; in anteriore Peritonæum abdominis muscui, in
posteriore spina & muscui spinales, Ventriculo tanquam lebeti cui-
dam ut Galeni verbis lib. 3. de facult. natur. cap. 7. utar, quod ἐστία vel
ut alibi loquitur Ἰεμὸς ἢ μίση focus vel arulæ illæ, exponente ocu-
latissimo HOEMANNO, quibus in mensâ ad recalefaciendos à morâ
diuturnâ refrigeratos cibos uti solemus, fovendo videlicet ingeni-
tum ventriculi calorem, ne vel tam faciliè evaporet, vel ab externò
frigore lædatur, à quò tamen chylicatio propriè procedit.

XIX. Tali in situ, figurâ reprehenditur ventriculus rotundè ob-
longâ, tam ut læsioni minùs sit obnoxius, quàm ut capacior ad reci-
piendum existat, & aptissimè Tibia Pastorum utriculari perquam simi-
lis, apparet, teste Galen. lib. 4. de us. part. c. 7. Lævorsum protuberat ma-
gis, dextrorsum verò sensim attenuatur, ut jecori locum concedat.

XX. Magnitudinem hujus æquidem Hippocrat. lib. de structurâ
hominis, quinque palmorum longitudine definivit; admodum ta-
men eam variare docet Anatomica experientia, quia corporis ma-
gis totius magnitudinem sequitur, quàm æqualem inter partes o-
mnes, & proportionatam esse, convenit: In fœminis verò commu-
niter minorem obtineri, quàm in maribus propter uterum, qui in
gravidis meliùs distendi possit, statuitur. In gulonibus contrâ, &
gurgitibus, qui ἀνοσι καὶ ἀπνευσί, id est, raptim, ductimvè sine in-
terpiratione bibere consueverunt, & quorum nasus plerumq; ge-
rit ψύσματα, seu rubeas pustulas, quæ enasci bubonibus olim cre-
debantur, quoties mentiti erant, major est, & saburatus fundus sæ-
pè usq; ad umbilicum protenditur; unde in potatoribus substantia
fit tenuior, imò nonnunquam adeò attenuatur, ut amplius corru-
gari nequeat, & imbecillitatem diuturnam incurrat; ast frugaliter
viventibus crassus satis, sive parùm; sive multùm accipiat cibi, ita
corrugatur, ut totum id proximè complectatur, ne dum quid vacui

relinqueret, concoctio minus rectè perficiatur. *Adrianus Spigelius*
lib. 8. de hum. corp. fabric. c. 8. Magnitudinem in vivis ex oris longitu-
dine desumi posse; meminit, ita, ut grandiore[m] habeant ventricu-
lum ii, quibus os majus prominet, atq; ibidem quandoq; XIV. li-
bras Medicas, h. e. septem mensuras nostrates cepisse, seipsum vi-
disse testatur.

XXI. In homine, ut & animalibus utramq; maxillam dentatam
habentibus *Unicus* reperitur, neq; Natura veluti in avibus, & brutis
reliquis inferiori maxillâ tantum dentatis & cibos ruminantibus,
multiplicare eundem voluit. *In prioribus* namq; pennatis duo sunt; alter,
qui alimenta tantummodo recipit, ut inde in pullos rejiciantur,
quò[m] aliâs nutriri nequeant, & latinis *ingluvies*, à Germanis *der*
Kropff appellatur: alter carnosus valde & calidior existit, intus
membranam duram obtinens, quâ alimentum durum recipitur &
concoquitur. *In posterioribus*, ut ovibus, capris, cervis & similibus,
quatuor numerantur, quo dentiû penuriam ventriculorû multitudo
quasi supplere verisimile est. *Primò* enim occurrit *κοιλία μεγάλη*
Oesophago continua, in quam cibus primò demittitur, & eadem
quandam præparationem accipit. Hanc Laniones nostri *den. Wanst*
vocitare solent: *Secundò* connectitur huic sinus quidam parvus, *κε-*
κεύφαλ à figurâ, sive *reticulum*, quod reticulis mulierû implexis,
vel etiâ retibus quibus capiuntur aves, similis sit, appellatur, ac pro-
pterea Germani vocabulo *die Hauben des Wansts* exprimunt: *Ter-*
tiò loco *Omasum* Græcis *ελνε* subsequitur, quod intus asperum
cancellatû, crustatum, & foliis quasi pluribus distinctum apparet,
unde *Liber* vulgò, & Germanicè *der Psalter* oder *Mannigfalt* voci-
tatur: *Quartò* deniq; *ὄνισρον* sive *Obomasum* invenitur, intus multa
habens folia & plana, qui ob saporè, quo reliquos ventriculus su-
perat, κατ' *ἐξοχήν* *der Magen* Germanis nuncupatur: atq; in hoc
ultimo, sicuti semper cibus à primò in ventre sequentem transmis-
sus perfectiùs coquitur, maturitatem tandem perfectam acquirit,
docente fusiùs *Arist. lib. 2. hist. animal. c. 10. & lib. 3. cap. 4.*

XXII. Verum enimverò dividitur nihilominus ventriculus hic
in homine *Unus*, & totus in suas partes, duo nimirum orificia, superius
rectiùs *sinistrum*, & inferius veriùs *dextrum*, ac in suum *fundum*.

XXIII. Ori

XXIII. Orificiorum *primum* dicitur *superius*, & cum singulari providentiâ cautum sit, ambo hæc sibi directè non esse opposita, ne facilè cibus copiosior & gravior ante concoctionem perfectû pondere elabatur, sed in situs elevatione ferè æqualia, *sinistrum* hoc vocari satius est: Græcis ob maximam *συμπάθειαν*, quæ illi est cum corde, & mutuum consensum, quem declarat *Galen. lib. 2. de plac. Hippocrat. καρδία* dicitur: unde morsio illa gravis hanc partem infestans & animi defectionem inducens *καρδιαλγία* ἢ *καρδιαχμός* appellatur. In *Hippocratis* monumentis aliàs *σηθ* & *σώματης γαστρὸς* vel *σώμαχ* nuncupatur. Hoc supra diaphragma excurrit, & ad undecimam vertebra[m] dorso conjunctissimè alligatus, cavitatem thoracis ingreditur, gulamq; intendit. Quo ipso confirmari perspicimus cautelam illam *Prætorum*, quod in affectibus hujus partis ventriculi propriis, Topica ad spinam proprius & efficacius, quàm ad cartilaginem ensiformem applicari debeant; sin verò totus ventriculus vel fundus laboret anteriori parti *Epigastrii*, adhibita juvare melius possint.

XXIV. Ut itaq; alimentum per hoc ingredi commodè queat, *fibris* dotatum *carnosis*, *orbicularibus* & *robustis*, cernitur: adeò ut canalus nò tantum & fistulæ, sed muscoli omninò munere ipsum fungi, perquam doctè dilucidet *Regius* ille *Anatomicus Parisiensis Riolanus schol. Anatom. c. 21.* quando videlicet beneficio dictarum fibrarum in capiendo cibo coarctatur, & angustatur; postea, ut perfectior fiat concoctio, neq; cibus in gulam pronum, aut supinum homine decumbente resiliat, arcte clauditur: vix tamen exactè adeò, quin aliquantulū hiet, & vapores ad caput transmittat; atq; eandem ob causam apud *Arist. lib. 3. de part. animal. c. 3.* *οισόφραγ* & *σαρκώδης* audit, & propter tunicam ejus interiorem, qua nervi instar durior est, & albicat, *νευρώδης* nuncupatur.

XXV. Cognitum autem est, *appetitum animale*, qui *fames* dicitur, pro totius corporis œconomiâ, in ordine succedentium sibi mutuò partium sugentium, ad ventriculum tandem pervenire: hic cum non habeat, quod vicinum ulterius appellet, *sensus* tandem *indigentia*, vel maxime in hoc orificio, tanquam propriâ & adæquatâ, propter nervos sextæ cōjugationis copiosiores, sede percipitur;

atq; oblato etiam cibo molestia famis sedatur, consentiente Principe nostro Galeno lib. 4. de us. part. c. 6. & lib. 5. c. 9.

XXVI. Ecquid hinc videatur mirum? *Sinistrum* hoc orificium, quod primò accipit cibos, amplius esse efformatum *dextro* illo, quo de chylum emittente mox dicendum: deglutiri nempe provisum est, interdum nimis urgente fame, vel parùm satis masticata, vel non rarò duriuscula; quorum transitu, ne læsionem patiatur Oesophagus, sapientissimè hisce præcautum est.

XXVII. At *alterum*, quod per veterum errorem perperam & falsò, in inferiori ventriculi fundo creditum, & dictum fuit *orificium inferius*, *dextrum* nunc, æqualem cum sinistro obtinet positum: & quoniam prolabantia è ventriculo alimenta tanquam *ostiarium* quidam cohibet, iisq; postmodum benè coctis ex ventriculo ad intestina viam aperit, Græcis *πυλωρῆς* nominatum legitur, quasi *τῆς πύλας ὡρῶν*, id est, *portæ custos*, vel *janitor*, unde *διπλὸν τῆς ὡρῆς τὴν πύλην* & *πηλωρέω* portam custodio, usu receptum est; cum namq; nihil, quod non benè confectum ventriculo exire debuerit, non angustius tantummodò, & strictiùs sinistro obtigit; verùm etiam præter fibras transversas, intrinsecus ipsi præstructa sunt, circulum in modum glandulosa quædam corpora, quæ musculo sphincteri non dissimilia, & claudere, & aperire, coarctare, & dilatare pro Naturæ impulsu, & tempore illud valent.

XXVIII. Numquid ergò de veterum illâ discrepantiâ sentiendum, in his, qui ad nauseam tam diu in utramq; dimicati sunt partem, vel *liquida* potiùs, vel *dura* priori inter cibandum loco, esse *assumenda*: Huic occurrit hoc ipsum orificium dextrum, tam diu clausum & obduratum permanens, donec alimentum perfectè sit in cremorem liquidum seu humidum permutatum, & concoctum, quem demùm unà cum excrementis intestina evehunt, ubi venæ lacteæ utile rapiunt nutrimentum, & ad Hepar transvehunt; superfluitates autem excrementosæ per intestinum rectum è corpore expelluntur. Omnia igitur per elixationem probè commisceri, neq; selectionem vel liquidorum, vel duriorum priùs comedendorum multùm referre faciliè conjicitur.

XXIX. Quod hisce duobus orificiis interstitit proprium corpus, *tertia* numeratur ventriculi pars, *Fundus* unanimiter ab *Anatomicis*

6
tomis appellatus, cujus cavitas rotunda oblonga, de omnium sententiâ, promptuarium est ciborum, in quo sedes propria τῆς χυλοποιήσεως, & primæ concoctionis consistit: omnis enim generis cibum, qui ad sustentationem hominis requiritur, attrahit: attractum aliquantisper retinet, omnibusq; lateribus comprehendit, comprehensum in unum cogit, humida cum siccis cōfundit, dura mollibus intermiscit, & coctioni se accingit, donec chylus evadat, quem demum per πύλωρον expellit, membrisq; exhaustis per intestina & venas communicat, juxta descriptionem Ronderici à Veigâ c. 41. Cur autem non exactè in medio Epigastrii situs sit, sed ad sinistrum latus inclinet, Galenus lib. 4. de us. part. & pleriq; omnes in eo consentiunt Anatomici, propter Hepar illud fieri, quod maximâ sui parte dextrum occupat: adeò ut falsus hinc cognoscatur versiculus:

Dormiture latus dextrum preme, manè sinistrum.

Quia in sinistro latere vel fundo concoctio peragitur, non tantum latus hoc decubitu, sed incubitu quoq; Hepatis ventriculum quasi manu amplexantis calidius redditur, & concoctio melior efficitur: utraq; magis esse consentaneum, possit versiculus ita mutari:

Manè latus dextrum preme, dormiture sinistrum.

XXX. Ex hisce variis ac diversis constitutionibus ventriculi partibus colligere, ac pronunciare, non dicam sapientis, sed pii est animi, non à fortunâ, qua Democritus & Epicurus fingi omnia, & formari turbulentâ atomorum concursione voluerunt; sed à divinò quodam principio, quod Galenus, quamvis Ethnicus, lib. de us. part. cap. 1. divinam mentem, nescio, an ideas Platonicas intelligens, appellat, factam esse hanc nobilem corporis humani partem. In definitione anteriori Natura tanquam efficiens causa producitur, per hanc enim ipse Naturæ Dominus, JEHOVA; ut in totius corporis & reliquarum partium, ita in hâc speciali fabricâ mirabiliter & sapientissimè operatur.

XXXI. Nec obstat πολύσημον esse τὸ Natura; quod vel in comment. aphor. 15. lib. 1. aphor. 37. ipsum calidum innatum denotet, vel lib. 3. de crisib. c. 8. omnes facultates, quibus animal gubernatur, designet; vel ut Galenus in lib. de sentent. ab Hippocrate, in genere causam, quæ nos fabricavit, significet; in specie enim hic per Naturam intelligi-

intelligitur illa *Facultas*, quæ in efformando fetu δὲ τῆς πλαστικῆς
πλαστικῆς. Δεπλαστικῆς formatrix aut efformatrix vocatur, & cui-
piam parti specialiter convenit; quam *Galenus* etiam ipse lib. de
form. fetus, ἴην ἐν τῷ πέρματι ψυχὴν Δεπλαστικὴν τὸ ἔμβρυον sua sen-
tentia compellavit, atq; hic specialissimè γαστροδιοποιητικὴ illa au-
dire posset.

XXXII. Non opus est igitur, ut pluribus disquiramus cum
Laurentio Anatomico longè insigni; Utrum ventriculus simpliciter ho-
mini sit necessarius, vel an sublato ventriculo, quoquo modo supervivere
valeat homo? Quemadmodum id fieri videmus, sublati manibus,
pedibus vel oculis: vix enim sufficere videtur ea substitutio, quæ
per enematum injectionem nutrire possit ad animalis totius nutri-
tionem; id quod *Finis* ventriculi nobilissimi enodatio subsequens
clariùs edocebit.

XXXIII. Hunc enim consistere, dictum est superiùs, in escu-
lentorum, & potulentorum receptione, ac eorundem in chylum
conversione. Quæ actio ventriculi communis seu publica vocatur,
& pro nutritione ac œconomia totius servandi corporis aliàs de
fame, vitæq; periclitaturi necessariò perficitur, quæ de causâ Phi-
losophorum *Phosphorus* lib. 2. de partib. cap. 3. & lib. 4. part. cap. 4.
animalibus ventriculum, & intestina τοῖς ζώοις ἀντὶ γῆς εἶναι,
asserit, ἐξ ἧς δὲ λαμβάνειν τροφὴν, Homo namq; τὸ ζῶον πω-
λικόν & ad nobiliora quævis natus, cum nec terræ semper affi-
xus, veluti planta, exindè perpetuò alimentum haurire, nec ad
actiones obeundas ἀείφαγος in continua alimentorum acquisi-
tione occupari posset, alimentum autem ipsum quando assumi-
tur, maximè ἐπεργενῶς ab eâ substantiâ, propriè nutritivâ diffe-
rat: quæ assimilari cuilibet parti debet; Natura provida & sa-
piens hoc ciborum & potulentorum *Receptaculum* ita constituit,
ut peculiari ventriculi actione, Appetitu videlicet animali, qui
in orificio superiori per sensum indigentia propriè persistit, Ma-
teria alimenti appetatur, dentibus contrita atq; in ore aliquo-
modo alterata, attrahatur, retineatur, concoquatur, ac in suc-
cum album cremori hordei haud dissimilem, qui *chylus* appella-
tur, permutetur; qui finitâ hæc primâ τῆς χυλώσεως concoctione
&

& porro majorem perfectionem in reliquis coctionibus adeptus, aliis totius corporis partibus alimentum suum suppetit.

XXXIV. Quæ de privatâ actione, quæ soli famulatur parti, essent dicenda, in thesi superiore XIV. fuerunt examinata, ideòq; hic tanquam fundata ac probata ponimus, competere ipsi videlicet IV. illas facultates naturales dictas, quibus pro suâ nutritione & sanguinem familiarem attrahit, attractum retinet, retentum alterat, seu concoquit, & deniq; quod superfluum est, expellit.

XXXV. Atq; satis hæcenus videre licuit, ex quibus publicum alimenti hoc τὰμείον sit extractum, & quæ ipsius laboriosa & perpetua functio; nunc quoniam Medicum & statum præternaturalem cujusq; partis nôsse decet, in primis Pathologia hujus membri, primariiq; in eâ morbi paucis ac breviter delineanda erit.

XXXVI. In eâ ratione doloris atrocissimi primus nobis occurrit, tum à symptomatum gravitate, quæ cordis affectibus similia, tum à locò affectò, qui Græcis antiquis καρδία dictus erat, Cardialgia, vel Gal. comm. 12. aph. 4. Cardiagnos appellatus morbus: hic est sensus orificio ventriculi superiori tristis & molestus, à causâ continuam solvente excitatus, cum imbecillitate, morsu, jactatione, & aliquando syncope vel lypothymiâ conjunctus: sive à causis antecedentibus vel intemperie aliquâ subitâ; sive à Tumore quodam, sive à vulnere, vel ulcere, sive compressione, sive ab humore acri vel flatu ducatur, foveatur: cognoscitur à dolore & loco affecto perfacile, singulas tamen & speciales causas per signa specialia discernendo.

XXXVII. Alter abhinc succedit affectus, δυσορέξια ἀπὸ τῆς ὀρέξεως appetitus cibi & potûs, vel diminutio, vel ablatio, ob deficientem ventriculo seu potiùs orificio ejus superiori functionis sensum, exorta, qui tollitur, aut per ἰδιοπαθειαν ipsius ventriculi: quia vel intemperie aliqua laborat, ut multi crassi & lenti succi in eo generentur, vel aliundè, vel ipsum veluti à capite affluant, vel ob læsionem & stuporem
C
nervo-

nervorum sexti paris ad orificium superius proximi, facultatis ibidem sentientis organi: aut per *συνάβειαν*, quando vel tanta est crudorum in corpore succorum copia, ut vix per causas externas resolvi possit: vel tanta pingvedinis moles, ut partibus ipsis in alimonium cedat, vel ingens caloris nativi langvor & imbecillitas, ut vix quicquam substantiæ partium dissipari valeat; ut licet partis externæ inaniantur, & inanitiæ trahant à vicinis, donec ad jecur quidem & ipsas venas Mesaraias deveniatur, propter obstructions tamen earundem nihil chyli in ventriculo confecti laudabilis, possunt perlectare. Ita longioris à cibo & potu abstinentiæ exemplum in *Puellâ Mærseusi* ultra annos XXIX. ex Guilielm. Fabric. allegat clarissimus *Sennertus lib. m. part. 1. sect. 2. cap. 2.* Cujus causam ibidem multis hinc inde aliis diductis & seductis rationibus, tandem *succum fixum ac minus dissipabilem* prolixius tradit, ut à calore absumi haud possit: Figit nimirum alimentum corporis ab ichore quodam acido, fixo, sale imprægnato, cujus affluxu & consortio naturalis alimonia talis disponatur, quæ voraci caloris flammæ ampliter resistere sit potens, & quidem absque ullâ substantiæ jacturâ. Proinde ubi nulla sit substantiæ evacuatio & absumtio, ibi nec nutritione, nec instauratione novâ opus esse.

XXXVIII. Aliter autem se res habet in iis, qui peculiari appetitûs vitio laborant, & quosdam tantummodo cibos appetunt & comedunt, certos tamen averfantur, licet iidem grati alii & jucundi sint; sic nonnulli reperiuntur, qui *caseum* vel *butyrum* averfantur, alii *vinum* non bibunt, qui propterea *abstemii*, quasi *abs temeto* dicuntur. Provenit namque, nisi consuetudo hinc etiam quid valeat, peculiaris illa *Agâbetis* ab *imaginatione* ut plurimum. *Matrum*, quæ dum gravidæ sunt, certos vel appetunt, vel fastidiunt cibos, unde fastidium hoc ut alios corporis navos, in sobolem hereditate quadam traducunt. Quò referri posse videtur, *Marcelli Donati historia*, quæ
lib.

lib. 6. histor. medicam. mir. cap. 3. meminit cujusdam, qui à piscium esu ita abhorruerit, illum, si pisces aliis cibis clanculum apponerentur, in animi angustias, cum vomitu, alviqve dejectione incidisse. De ferculis nimis opiparè appositis, quomodo ventriculo fiant nauseosa, & talem imprimant *Ναύθειον*, quâ cibum etiam opiparè præparatum postea quis aversetur: ad quotidianam provocamus experientiam, referente inprimis aliquando Excellentissimo Viro *Johan-Læselio*, Professore Academia Regiomontana celeberrimo, paucos ante annos Præceptore meo æternùm colendo publicè, illius exemplum, qui in symposio caput vitulinum semierudum, & cruentans adhuc mensæ illatum aspiciens, tantâ correptus fuit nausæâ, ut aliquorum annorum ab omni carni esu abhorreret.

XXXIX. Præterea *symptomata* accidunt ventriculo in appetitus depravatione, & duobus quidem modis: Altero, quando intenditur nimis, sive in quantitate modum superat: Altero, quando in qualitate peccat, quâ ea appetuntur, quæ præter rationem & naturam alimenti sunt; sub prioribus tres agitantur species: quarum Prima ñ *βελιμία*, seu *βελιμῶς* *ὑπὸ τῆς λιμῆς* subannone penuria vocatur, estqve Appetitus magnus & vehemens, ob ingentem partium inanitionem, earumq; nimiam translationem proveniens, quam animi deliquium sæpissimè sequitur. Ideòqve ea omnia, quæ vel internè vel externè multum alimenti discutere & absumere valent, in causarum antecedentium numerum veniunt. Secunda species sub eodem quidem usurpatur nomine, sed causa vel maximè differt, quæ potissimum est frigida intemperies ventriculi insignis, à frigidissimo aëre attracto, cujus summâ efficaciâ ventriculus labefactatur: adeòqve iis frequens contingit, qui multas peregrinationes & longa itinera, per altas nives maximè faciunt. Hic secundum *Galenum* sect. 2. aphor. 21. à fame quidem inchoavit, sed non habet eam ampliùs adjunctam, prostrata enim tandem ventri-

culi ac sentiendi ejus ab' externâ frigiditate, facultate ex-
tinctâ, cessat fames. *Tertia χυνορξία, λυκάδης sed κονώ-
δης ὀρεξίς, lupina vel canina appetentia* appellatur, quæ in-
satiabilis est ciborum appetitus, cum frequenti materiæ cali-
dæ & incoctæ vomitu & dejectione: quando namqve ab
humore acri, acido & constringente, non verò indigen-
tiâ naturali, irritatus stomachus indefinenter ad alimen-
ta canum vel luporum more devoranda impellitur, ad mo-
lestiam illam vel cruciatum sedandum; At exinde, ut
nimia ea quantitate & frequentia assumta maneant inco-
cta, aut aliena quâdam qualitate afficiantur, adeòq; sta-
tim aut brevi interjecta morâ, per vomitum aut secessum
excludi necesse sit,

3
XL. *Posteriori modo depravatur appetitus, quan-
do Picâ seu Malaciâ laborat, quæ vel à κίτλα seu κιάσα
ave Picâ, quam sæpè hoc malo laborare existimant; ut
Ægmet. lib. 1. cap. 1. Aristotel. lib. 7. de histor. animal. cap. 4. Vel
quòd pennarum picturatum ostendat varietatem, vel sicut
modò huic, modò illic arbori insideat: ita in hoc malo
gravidæ omnis generis varios appetant cibos: vel ad
mentem Plinii prænantium Mollities appellitur: quòd
mulieres hoc affectu μαλακίας detentæ, præ animi impo-
tentia & mollitie deficient à rectò & naturali alimenta-
rum appetitu, cum Aëcio terrab. 4. serm. 4. cap. 11. & aliis
aliter dicatur, vel differentia harum constituatur; deprava-
tus tamen est appetitus rerum edendarum ab humore pravo, &
specialiter corrupto, in superiori ventriculi orificio excitatus. Causa
enim hujus affectus est occulta & indicibilis agnoscenda, &
à singulari proprietate proficiscitur, quòd non aliud, sed
hoc solum appetatur, & ad id æger quasi necessariò com-
pellatur, quòd nec voluptatem, nec suavitatem aliquam
gustui, sed contrarium potiùs inferat dolorem: utpotè,
lutum, creta, argilla, calx, carbones, testæ ollarum, panni
veteres, coria putrida, nonnunquam serpentes, aliqve e-
jusmo-*

jusmodi *innutria, absurda, imò noxia.* Quemadmodum,
Vir quidam nobilis edendæ calcis vivæ desiderio jam diu
pressus, illam tandem pugni magnitudine voraverit,
sicq̃ve omninò recreatus, nullâ ventriculi, nullâ visce-
rum offensione. Sic quoq̃ve *Langius* Archiater quondam
Palatinus Patriæ suæ *Leobergæ Silesiorum* fide dignus,
lib. 2., epist. 12. meminit: sacerdotem quendam nudis pedi-
bus balneo egressum, subsecutam esse gravidam, quæ à
tergo crure altero comprehenso, de calce sacerdotis
mordicùs avulserit frustum, clamore hominis parum
territa, quo subsidium aliorum implorabat. Talibus
prægnantibus sicuti solet esse familiarissimus, ita tan-
tùm per *secundum* aut *tertium mensem* plerumq̃ve durat,
quibus infans minor minus & purius alimentum trahit,
in *quarto* autem quiescere solet ut plurimùm, cum pluri-
mo tunc fœtus indigeat alimento, & vitiosi etiam nonni-
hil absumat: Cui accedit, quòd vomitione & longo cibi
fastidio, quo laborare prioribus mensibus solent, crudi
humores vel concocti vel vomitionibus sæpiùs reiteratis ex-
clusi sint.

XLI. Fuere hæc omnia, quæ ad ventriculum, qua-
tenus speciali appetitivâ suâ Facultate præditus est, perti-
nere, res ipsa loquitur: Cum verò non recipi tantùm
convenienter, sed & perfectè concoqui deceat alimen-
ta; consequens esto, ea nunc proponere *παθήματα*, quæ
circa *χύλωσιν*, sive *eam*, quæ in fundo ventriculi perficit,
concoctionem, præter naturam procedunt. Hæc omnia
apud *Galenum* Antistitem jam *lib. de diff. morb. cap. 5.* & *Neo-*
tericos quoq̃ve Medicos absolvuntur & distinguuntur *tribus*
speciebus: Una illarum & extrema est *ἀπεψία absoluta* pro-
priè *concoctio*, & *absoluta cruditas*, quâ nulla cibi in chy-
lum facta est alteratio & mutatio; Hæc evenit ventriculo
Facultate coctrice læsâ, extremeq̃ve imbecillâ, & planè
victâ tùm propter insignem aliquam intemperiem activa-
rum qualitatum, aut longiorem passivarum moram, tum

C 3

pro-

propter morbum ventriculi aliquem organicum; ut *Tumorem*, *Erysipelatoda*, *phlegmonoda*, *scyrroda*, sive simplex is sit, sive cum intemperie conjunctus: tum propter errorem externum, qui committitur in alimentum ingestorum vel quantitate excedente, vel qualitate accedente, quo minus ventriculus sit ferendo aut coquendo.

XLII. *Altera βραδυπρωσία*, est *tarda & imperfecta* alimenti *concoctio*, quæ longiorem, quam par est, moram in coquendo consumit, aut coctionem partes non omnes æqualem ac perfectam recipiunt, sed alimentum semicrudum relinquitur: *Causa* hujus dependet à *caloris nativi* in ventriculo *imbecillitate*, tam per causas ipsum per contrarium debilitantes, quam per accidens & errorem externum, in cibi vel substantia vel qualitate, vel ordine sumendi commissum, quem calor nativus superare non est potens.

XLIII. *Tertia demum δυσπρωσία*, est *depravata* alimenti *concoctio*, alimenta à naturâ in alienam corrumpens qualitatem: In hac cum *duæ* excedant *cause*, ut vel adfit *Intemperies ventriculi calida*, propter alios morbos organicos calidos, aut ob excrementum calidum & biliosum in eo redundans, aut cibos, potusq; calidiores, ea gignatur cruditas, quæ *κνισώδης* seu *nidorosa* appellatur, & ructuum sapore facile dijudicatur; ita quidam coeni foetorem, quidam piscium, quidam ovorum putridorum, aut alterius absurdæ, quæ vix dici potest, putredinis nidorem præ se ferant. Quæ verò à *frigida ventriculi intemperie*, propter excrementum videlicet pituitosum & frigidum redundans, aut cibos potusq; frigidiores & à naturâ pituitosiores ortum ducit, *ἢ ὀξωδης* seu *acida* vocatur, eorundem ructuum aciditate dignoscitur: cumq; hæc alimentorum corruptiones sunt causæ morborum gravissimorum & periculosissimorum, summâ diligentiam & accuratissimâ circumspectione curationes harum suscipiendæ sunt.

XLIV. Sicuti Naturam omninò, quæ morborum interdum sola Moderatrix sapius id tentare perspicimus:
quando,

quando, ulterius in *Pathologia* progrediamur, ventriculi *lethalia* quoque *symptomata*, quæ *Facultatis* ventriculi *expultricis* propria præter naturam ipsi accidunt, examinamus. Hæc inter, primò mihi liceat enumerare *singultum à sono ita dictum*, qui Græcis *λύγξ, λυγμός & λύγγ* *πρὸς τὸ λυξεν* appellatur, unde *λυγγώδης πυρετός* *febris singultuosa* apud Hippocratem, quæ à principio usque ad crisin conjunctum habet singultum. Hic definiiri potest, *depravatus expultricis ventriculi motus sonorus* quo id, quod molestum est excutere conatur, à fixâ materiâ sinistrum orificium stimulante, ortum trahens. Non enim ad respirationis organa cum *Aristotele & Platone* referri posse videtur, neque ex repletionem, vel inanitionem simpliciter ex veterum doctrinâ ortum ducere, recte stabilitur, sed à materiâ vellicante & irritante ventriculum immediatè efficitur: sive per essentiam humor aut vapor à caliditate aut frigiditate, aut acrimoniâ, aut pravâ ac malignâ qualitate aut tumore, illud det præstitum, sive per consensum nervorum sextæ conjugationis, aut communicatione ex hepate & intestinis, aut per compressionem malum exciter: Talem compressionem ventriculi externam testatam facit historia *Fernel. lib. 6. de part. morb. c. 3.* de costâ incurvatâ, & ventriculo altiùs infixa, unde quidam tres ferè continuos menses singultu vexatus fuit, qui priùs non desit, quàm costâ erecta. Multa, de superstitionis in abrogando hoc symptomate usu receptis, refutare, nostri non est instituti, præter illud *Plinii lib. 28. c. 6.* qui, si annulus è sinistrâ in prominulum dextræ digitum transferatur, singultum compescere tradidit; sed de hoc dubitatur. Satiùs accipiendum esset *Platonis* aliud, quod artubus injicere vincula, eosque defricare, cum vel sine aspergine, manus in calidam aquam immergere, cucurbitulas Epigastrico ac dorso, ubi stomachus vertebrarum corporibus affixus est, cum luculenta flamma, absque cæsura, affigere raptibusque lenissimis subinde detrahere, postulat. Verùm manum te tabula, ne plus ultra.

XLV. Finitimum huic facimus motum depravatum ventriculi sonorum & violentum, à *flatu* vel *fumo* expultrice sti-

ce stimulantē & incitantē; quo per superiora erumpit, ac proinde vel *Ructatio* vel *ructus* vocitatur. At Nausea antecedente potissimum oritur concoctionis seu *χυλώσεως* debilitate, quam juxta modum *acidum*, modum *nidorulentum* arguit *saporem*. Quod verò soli Homini hoc vitium accidat, nec brutis quoque; *Aristot. 10. probl. 43.* reddit rationem, Bruta ventrem habere sicciorem, quibus humidum statim absimitur, ut in flatum converti nequeat.

XLVI. *Vomitum* perpetuò quasi præcedere *Nauseam* experimento est: Idcirco, dum inter Facultatis ventriculi expultricis symptomata de *Vomitu* jure meritoque agitur,

XLVII. *Illius* quoque mentio non fuit prætereunda: Græcum *ναυλία* vel *ναυσίωσις*, propriè quidem illi convenit *Nausea*, quæ *Nauticis* in navigationibus contingere solet, sed ex usu jam ad omnes in genere devenit: *Motus* itaque est Facultatis ventriculi, à *materia molestante irritatus*, quem per os excernere nititur. Quia verò causas, cum *vomitibus causis*, ferè habet communes, & secundum magis & minus tantummodò differentes, ex subsequentiis cognosci poterunt. Quid si namque per imbecillitatem Facultatis aut materiae lentorem, crassitiem, & contumaciam, vomitio nulla fieri possit, manet solum *vomendi desiderium*, sed irritum planè atque inane.

XLVIII. *Vomitus* ipse si succedit, est *Motus* ventriculi Facultatis expultricis *depravatus*, *materiam sensilem & palpabilem*, quæ ventriculum molestat, per os confertim *rejiciens*. Motum esse depravatum constat ex *contrarietate Motus* naturalis *Peristaltici*, qui in ventriculo à fundo versus orificium sinistram subvertitur, & quod molestum est, excernit. *Sensile* autem sit, necesse est illud ipsum, quod rejicitur, quo distingvatur à *singultu*, *Nausea* & *Ructatione*, in quibus lenta, insensilis & parva est excretio; adde, quòd in singultu ea, quæ propriis ventriculi tunicis impacta sunt, excludere laboriosè conetur ventriculus; per *Vomitum* autem ea, quæ in capacitate ventriculi fuere contenta, majori facultate excludat, idque per os tantum, quo à cholera, sicuti mox patebit, secernatur.

eur. Causam autem immediatam seu facultatem expultricem
stimulant & irritant antecedentes aliæ, vel gravitate & ponde-
re, vel acrimonia, mordacitate, & qualitate: unde vel ipsa præ-
cedit ventriculi intemperies aliqva, *Tuberculum, ulcus* aut *vulnus*,
vel *materia vitiosa*, tum in ipso ventriculo, tum in corpore qui-
dem genita, sed ad illum transmissa, vel forinsecus accedens &
assumpta.

XLIX. Horum omnium ratione distinguitur *vomitus* in
periodicum, criticum, & symptomaticum. *Periodicus* iis convenit,
quos *Hippocr. lib. 1. prorrhætic. ἐνερμεικῆς* vocat, qui absq; ulla no-
xâ singulis septimanis, aut certo quodam die, magnam bilis &
pituitæ copiam excernere soliti sunt; quibus annumerari pot-
est ille vomitus, qui præservationis ergò certis temporum
spatiis instituitur. *Criticus* ab insigni naturæ robore propriè in
morbo acuto vel chronico perficitur, cum ægroti tolerantia, &
bono per quem morbus terminatur, vel mala in corpore dispo-
sitis imminuitur. *Symptomaticus* verò à naturâ eque profici-
scitur, aut coactâ & debilitatâ, quæ neq; copiosè neq; confer-
tim, neq; cum ægroti levamine exit. De *πικροχόλοις ἀναι*,
quod ex insertione injusta, & ventriculum propè ductus bilio-
si de vesicâ felleâ quotidiè bilem evomant, res apud Medicos est
decisa & sine controversia. Ex motu velociori subverti ventri-
culum, in navigantibus cernitur, neq; res est ἀλογῶν, multò
minùs veritati repugnat, quod vi imaginationis evomentem
quis alium conspiciens, vel ex odoratu, vel objecto injucundo
facultate expultrice agitata, simul evomat.

L. Violentissimè deniq; facultatem expultricem infestat
symptoma illud funestissimum ἀπὸ τῆς χολῆς, à *flava bile*, quam
Medici Cuidii illius causam statuebant; teste Galeno *χόλερα* di-
ctum, quam eandem *Cholera* vocem, Latini quoq; retinuerunt.
Hæc violentissima & assidua ferè per vomitum atq; alvi seces-
sum, simul & semel excretio est humorum corruptorum, ac ple-
rumq; biliosorum, ab expultrice facultate, ab iis vehementis-
simè stimulata & concitata, dependens. Nimia namq; ista
symptomata & intempesta irritatio, perpetuò lacescit ven-
triculum primariò, ac per communicationem & consensum

D

œso-

3
æſophagum quoq; & inteſtina: unde & *motus* habetur *peracutus*, utpotè, qui ad IV. ſummè diem finitur. Ideòq; ſymptomata ipſi conjunguntur graviffima, utpotè *deſectus animi, ſudores, exigui pulſus vermiculantes muſculorumq; manuum, ac pedum, maximeq; ſuraruu contractiones & tenſiones.* Utrum autem bilis ſua natura talem affectum periculoſiſſimum introducat? diſceptatur non ſine cauſâ inter Medicos. *Rectius* autem ſtatuerentur illi, qui ab humore biliſo, corrupto, mordaci & vellicante talem violentiam oriri defendunt. Intereà conceditur meritò dividi poſſe in *humidam & ſiccam*, foro medico ita dictam utramqve apud *Hippocrat. lib. de vict. rat. & Galen. in eius comment.* Illam ab humoribus corruptis, atq; inſigni acrimonia & ſingulari mordacitate, præditis, originem ducere: *Hanc* autem ex flatuſo ſpiritu lancinante tunicas ventriculi, ſive per malam viſcerum intemperiem, ſive malignam alimentorum qualitatem ortam, generari approbatur: unde vomendi & ejiciendi ille impetus ſine ullâ excretionem durat perpetuus.

LI. De vulneribus inſuper & ulceribus ventriculi hac vice quicquam proferre, quòd ſuperſedeam, veniam omninò à ſapientioribus & benignioribus me impetraturum confido, idq; multò magis ad *chirurgicam tractationem* remitto, præſertim cum exempla atq; inter ea quoq; *Cultrivoracis illius Regiononiani* recentiffimum, ſint obvia; quæ pro loci & partis ſauciatæ diverſitate *lethalitatem* horum vulnerum pronuciare, docent atq; teſtantur. Verùm deſino, ſit propoſuiſſe hæc qualia qualia ſatis; cum laudem *ἡ Φιλομαθεια* mereatur undiq; ſed *ἡ Φιλαυλία* & temeritas omnium condemnetur ore & odio: Illius gratiâ equidem & *Diagnosticæ, Prognosticæ, atq; Therapiæ* proponere dignum & utile foret, niſi materiæ dignitate, difficultate ac prolixitate hic ſubſiſtere, atq; *Id* impoſterum pro exercendâ ingenii tenuitate diſſerre admoneret.

Quæſtiones.

CUR vomituriens labrum inferius tremulum, reddatur? *Fit hoc ob communem illam tunicam, quâ labrum, gula & ventriculus interius incinguntur.*

II. An

II. An detur quædam cavitas inter ventriculum & septum transversum, in quâ pituita colligatur, secundum dogma Hippocr. sect. 4. aph. 54? In cavitate inter ventriculū atq; septū transversum pituitam coaceruari, & inde dolorē existere posse, testatur aphorismus allegatus. Insignis ille Medicus Johannes Crato lib. 1. consil. medic. consil. 6. & 7. Cavitatem ab Hippocrate membranarum in superiori ventriculi orificio laxitatem notari adserit: namq; in eo aquā, pituitam, flatusq; ob crassos & crudos cibos ingestos, nec non ob debilitatem corporis nativi immodicum cerebri laborem & exhaustos spiritus colligi, doloremq; inferri posse. Verū cum aphorismus nostri senis pituitā per venas in vesicam conversā, morbi fieri solutionem velit, arripet mihi, salvā tamen tanti Medici autoritate, magis Riolani illa Anthropograph. lib. 2. c. 17. & Spigelii Anatom. lib. 8. c. 8. aliorumq; in locum citatū commentatorum sententia. Per foveam ventriculi hic intelligi insignem illam cavitatem, quæ sub Diaphragmate, ad ventriculum in sinistro latere membranis inclusa formatur, in quâ ex liene, epate & ventriculo humor crudus & spirituosus per venam ἀζοϋ & infunditur, interdum & ichoris forma per insensibiles membranarum ventriculi meatus transudet, à cuius materia fluctuatione strepitus & sonitus in quibusdam auditur, quæ valis equo interdum strenuius eunti accidit: via autè per quā ad vesicā deveniat ipsa sit vena ἀζοϋ & dicta, à quâ ad emulgentes atq; ad reliquas vias urinarias promoveatur.

III. An coenandum largi us, quàm prae dendum? Non hic de consuetudine, quæ altera quasi solet dici natura, differendum est, nisi forsā illam in melius commutari cuiquā sit animus. Verū quando de sano homine sermocinamur, eidēq; necessarius cibus in duas dividitur partes, affirmandum censeo majorē partem in coenā capiendum esse: Tempore enim noctur-

no calor ad interiora revocatus, ad coquendum aptior est, uti
intervallum inter coenam & prandium longè majus eo, quod
inter prandium & coenam intercedit. Si, qui tamen catarrhis
& id genus affectibus aliis noctu praesertim expositi sint, parcius
atq; tenuior coena commendanda est.

IV. An Purgantia cum cibo sint adhibenda? Peccari
non minimum ab iis, qui cibo vel in ipso prandio vel coenâ pur-
gantia admixta exhibent; probatu haud difficile est: Medica-
menti namq; vis aut à cibo obtunditur, aut cibus ipse à Medica-
mento & humoribus corrumpitur, hincq; non tantum nutriti-
oni obest, verum etiam vel plurima inducit alia symptomata,
vel cibus nondum coctus, non sine magna virium jacturâ sti-
mulante medicamento expellitur; ut itaq; jejuno & vacuo
ventriculo commodius assumi, concedendum sit.

V. An post purgantia abluentibus & detergentibus
sicutendum? Affirmo, non sine ratione sumptis fortioribus
purgantibus, aliquid ptisanae vel alterius jusculi detergentis
propinandum esse: abluentia namq; & detergentia ante cibum
receptum ad os ventriculi, & vitiosos humores in superioribus
ejus partibus contentos, deorsum impellendos, nauseamq; &
tadium à purgantibus excitatum, & in cibi sumptione obvium
demulcendum & tollendum magnam adferre utilitatem vero
consentaneum est.

VI. An Spiritus vitrioli sine noxâ ventriculi exhibe-
ri possit? Reviviscere solent hodièq; ingenia quaedam vete-
rum nervosa, quae usum Spiritus vitrioli tunicis ventriculi no-
xam aliquam aut erosionem inferre praeter omnem sibi metu-
unt rationem. Verum & ipse spiritus hujus sapor, si oleum ritè
& secundum artem sit separatum, hos omnes, imò ipsa rerum
Magistra Experientia satis & abundè
refutat.

Αρχιάγγελος Ζεϊσιώης δόξα.



3



Leipzig, Diss., 1645/49


ULB Halle 3
003 265 218




Sb.

WMA







164971
29

χιατρω
ΕΨΙΣ

ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗ
HUMANI

λαττα

ULTATIS MEDICÆ

onsensu,

IDIO

perientissimi,

LOPPII, Leorini,

culcatis ejusdem Senioris,

legii Principum utriusq; Col-

RECTORIS Magnifici,

toris, ac Cognati

olendi.

publico proposita

LLERO, Leoberg. Siles:

tudiofo.

risti M.DC. XLIX. In

um Collegii inferiori

etis.

E,

nothei Hönnii.